# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Decreta


**Brant, Sebastian**



**[Basel], after 1. März 1499**


Sessio vicesimaquarta de indulgentiis


urn:nbn:de:bsz:31-313515



Visual Library

titerūt Ipſas omnes tam generales q̄z ſpeciales ſiue particulares de
quibuſcunq̄z eccleſijs et beneficijs / quibus tam per electionem q̄z colla
tionem aut aliam diſpoſitionem prouideri ſolet ſiue per extrauagan/
tes ad regimen / et execrabilis ſiue per regulas cancellarie / aut alias
apoſtolicas conſtitutiones introductas / hec ſancta Synodus abo/
let Statuens vt de cetero nequaq̄z fiant reſeruationibus in corpore iu
ris expreſſe clauſis / et hijs quas in terris romane eccleſie ratione dire
cti ſeu vtilis dominij mediate vel immediate ſubiectis fieri contigerit
dumtaxat exceptis.

## De clementina litteris.

Licet in apoſtolicis vel alijs litteris quibuſcunq̄z aliquē dignitati
beneficio aut iuri cuicūq̄z renunciaſſe / aut priuatū eſſe ſeu aliquid
aliud egiſſe per quod ius propriū auferat / narratū ſit huiuſmodi lit
tere in hijs nō preiudicent. Etiam ſi ſuper ipſis gratia vel intentio nar
rantis fundetur niſi per teſtes / aut alia legitima conſtiterit documen
ta. Datum in ſeſſione publica huius ſancte Synodi in eccleſia maiori
Baſilieñ. ſolenniter celebrata nono kalēdas Aprilis. Anno dñi Mil
leſimoquadringenteſimotriceſimoſexto.

## ¶ Seſſio viceſimaquarta de indulgentijs.

Sacroſctā generalis Sy-
nodus Baſilieñ. in ſpiritusſancto legitime cōgrega/
ta vniuerſalē eccleſiam repſentans. Quia ambaſia/
tores noſtri ad conſtantinopolim trāmiſſi vice et no
mine eiuſdem ſancte Synodi sereniſſimo impato/
ri romeoꝝ et reuerendiſſimo dño patriarche con/
ſtātinopolitano ꝓpt nōnullas cauſas ꝑmiſerūt capi/
tula alias ī hac ſācta Synodo ſuꝑ mō vniuerſalis et icumenici vtriuſ
q̄z eccl'ie cōcilij celebrādi hinc ⁊ inde ꝯcluſa ⁊ firmata dare / ⁊ cū effectu
exhiberi ſub cōſueta huiꝰ ſācte ſynodi Bulla plūbea data pñti ⁊ ſub te/
neore de verbo ad verbū ſubſequēti Nolēs hec ſācta ſynodus obmitte/
re aliq̄d eoꝝ q̄ ꝓ vnione eccleſiarū xpi fieri poſſūt dictā ſuoꝝ ambaſia
toꝝ ꝑmiſſionē pñti decreto acceptat approbat ratificat ⁊ ꝯfirmat / ⁊ p̄/
fata cap'la de verbo ad vbū ꝓut ꝑ p̄fatos ambaſiatores ꝑmiſſū ē pñ/
tibꝫ inſerit ſub tenore q̄ ſequit. Sacroſācta generalis Synodus Ba/
ſilieñ. in ſpūſācto legitime cōgregata vniuerſalē ecc'iam repſentās / ad
ꝑpetuā rei memoriā. Cū inter cetera toti ppl'o xpiano neceſſaria opa ꝓ
pter que hoc p̄ſens ſanctū cōcilium extitit congregatū vnio occidenta/
lis et orientalis eccleſiarū chriſti p̄cipuū et maximū ſit merito pro hac
perficienda ab initio ſue congregationis omni conatu laborauit. Et
eñi q̄z primuz potuit ad sereniſſimū impatorē Grecorū ⁊ reuerendiſ/
ſimū patriarcham conſtantinopolitanū cum litteris ſuos tranſmiſit
ambaſiatores ad ipſos cum omni charitate ⁊ inſtantia exhortandum

quatenus et ipſi cū plena ptāte mitterent aliquos qui nobiſcū tracta/
rent de mō dictam ſanctā vnionē cōſequendi/ qui mox vt requiſiti fue
runt tres inſignes viros de hijs qui apud eos magne videnť anctori/
tatis/ quorū primus ipm imperatorē cōſanguinitate attinet/ ad hanc
ſanctā Synodū deſtinarūt ſufficienti ipſius impatoris mandato cū
Bulla aurea et eius manu ꝓpria ſubſcripto ac patriarche litteris mu
nitos/ qui tā in generali cōgregatione q̄ȝ corā cōmiſſarijs noſtris fer/
uentiſſimū ipſius impatoris et patriarche totiuſqȝ eccleſie oriētalis ad
hanc vnionē deſideriū exponētes. Nos mirū immodū ad tam ſancti
operis ꝓſecutionē pulſant ac quotidie excitant/ duo inter alia firmiter
cōſtanterqȝ aſſerentes vnionē ipſam niſi in Synodo vniuerſali in qua
tam eccleſia occidentalis q̄ȝ orientalis cōueniat fieri nullaten⁹ poſſe/ ⁊
in ea Synodo ſi fiat vt infra cōuentū eſt ipſam vnionē ſecuturā ſpera/
ri. Hijs auditis ſumma nobis leticia et iocunditas nimirum acceſſit
Quāobrem oēm cogitatū noſtrū iactantes in deū qui facit mirabilia
magna ſolus Venerabiles ſancte romane eccleſie cardinales p̄ſiden/
tes ſedis apl'ice patriarchā Anthiocenū archiepōs epōs abbates ma
giſtroſqȝ et doctores in numero cōpetenti deputauim⁹ vt vna cū ipſis
grecorū ambaſiatorib⁹ rem iſtā tractare Et quo ordine ad executionē
deducenda eſſet ꝓſpicere deberent/ qui tam inter ſe q̄ȝ cū ipſis oratori
bus ſepe numero cōuenientes habito inter ſe maturo et digeſto cōſilio
ad infraſcripta cū ipſis deuenerūt capitula que poſtea ſm morē huius
ſacri cōcilij ꝑ ſacras deputationes mature deliberata ac deinde ꝑ ge/
neralem cōgregationē cōcluſa firmataqȝ ſolenniter extiterūt quorū te/
nor vna cū mādato ipſius dn̄i impatoris ſub bulla aurea ſequiť ⁊ ē ta/
lis Ambaſiatores sereniſſimi dn̄i impatoris ⁊c. vt in decreto concilij
ſuperius inſerto latius cōtineť. Et qꝛ tēpus ſuperius expreſſum infra
qđ p̄dicta debebāt adimpleri effluxit nō ꝓpter defectū alicui⁹ partiū
ſed qꝛ ita cōtigit varijs interuenientib⁹ tractatib⁹/ hec ſancta Syno/
dus tēpus ꝑ p̄fatos ſereniſſimū impatorē grecorū et reuerendiſſimuȝ
patriarchā cōſtātinopolitanū ex vna/ ⁊ ambaſiatores hui⁹ ſacre Sy/
nodi ꝑte ex altera ſtatutū et firmatū qđ eſt a menſe Maio imediate ſe
quēti ad annū/ ita ꝙ ꝑ totū mēſem Maij ad annū ſequentē vtraqȝ par
tiū ſit parata ad exequēdū ſupradicta q̄ȝtū ad quālibet ꝑtiū attinet ac
ceptat et promittit ſe impleturā quātū ad ipſam ꝑtinet infra dictū tem
pus quicquid in ſupradictis capitulis cōtineť.

¶ Saluuſconductus datus dn̄o impatori Grecorum et pa/
triarche conſtantinopolitano a ſacro cōcilio Baſilien̄.

Sacroſancta generalis Synodus Baſilien̄. in ſpiritusā
cto legitime cōgregata vniuerſalē eccl'iaȝ rep̄ſentās. Quia
auctore dn̄o in regione noſtra occidentali et obedientie ec/
cleſie romane eſt vniuerſalis eticumenica Synodus cele/
branda in qua iuxta cōcordata in hac ſancta Synodo et in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cōſtantinopoli denuo ratificata tam occidentalis q̄ orientalis eccleſia
cōueniet vt cunctis erga eandē eccleſiā orientalē noſtre intentionis ſin
ceritas pateat et oīs ſuſpicio que circa ſecuritatē ac libertatē venientiū
oriri poſſet de medio auferat̄ tenore p̄ſentis decreti/ hec ſancta Syno/
dus Baſilieñ. noīe et vice totiꝰ eccleſie occidentalis et oīm de eadem
eccleſia cuiuſcunqꝫ ſtatus. Etiā ſi papali impiali regali pontificali/ vel
quacūqꝫ alia inferiori ſpūali vel ſeculari p̄fulgeant dignitate poteſtate
vel officio decernit dat et concedit sereniſſimo impatori romeorum re
uerendiſſimis patriarchis cōſtantinopolitano/ alexadrino anthioce/
no et hieroſolymitano ceteriſqꝫ vſqꝫ ad numerū ſeptingentarū ꝑſona/
rū Etiā ſi imperiali regali archiep̄ali ep̄ali/ ⁊ cuiuſcūqꝫ alterius ſtatus
dignitatis aut cōditionis fuerint ad p̄dictū vniuerſale ⁊ icumenicum
cōciliū in regione occidentali vt ꝓmittit̄ celebrandū venientibus aut
vēturis plenū et liberū ſaluūcōductū omneſqꝫ p̄dictos/ et quēlibet ip/
ſorū tam in ꝑſonis q̄ honoribꝰ/ ⁊ rebus quibuſcūqꝫ ipſorū nominibꝫ
regnis ꝓuintijs dominijs territorijs cōitatibꝰ ciuitatibꝫ caſtris opi/
dis villis et omnibꝫ locis obediētie noſtre eccleſie occidentalis ꝑ q̄ ſiue
eundo ſiue ſtando ſiue etiā redeundo trāſituri ſunt aut eos tranſire cō
tigerit in ſuā tutā ſecurāqꝫ ſaluiguardiam recepit et recipit ꝑ p̄ſentes
ꝓmittens et cōcedens oībus et ſingulis ex ipſis hoc p̄ſenti edicto Sy
nodali tutā et liberā facultatē accedendi ⁊ veniendi in et ad ciuitatem
ſeu locū in qua vel in quo erit dictū ſacroſanctū vniuerſale cōciliū cele
brandū ibiqꝫ ſtandi morādi reſidendi habitandi cū omnibꝰ immuni/
tatibꝰ libertatibꝫ et ſecuritatibꝫ/ quibus illi qui erūt de obedientia ec/
cleſie romane habitabūt diſputandi etiā ⁊ ratiocinandi iura ⁊ aucto/
ritates allegandi/ ⁊ oīa alia libere ⁊ ſine cuiuſcūqꝫ impedimēto dicēdi
faciendi ⁊ tractandi que ꝓ vnione eccl'iarū xp̄i eis expedire videbit̄ et
oportunū. Inde etiā ſemel ⁊ pluries et totiens quotiens eis ⁊ cuilibet
eorū videbit̄ et placebit ſimul ⁊ ſeꝑatim/ et cū eorū bonis rebus pecu/
nijs et ſine/ ꝓlibito recedendi ⁊ redeūdi tute libere ⁊ impune omni im
pedimento reali et ꝑſonali ceſſante penituſqꝫ remoto/ etiā ſi talis vnio
qḋ abſit nō ſequeret̄ nec effectū haberet quo caſu ⁊ in omnē aliū euentū
p̄fati ſereniſſimꝰ impator dn̄i patriarche/ et alij ſupra nomīati noſtris
dūtaxat expenſis et galeis abſqꝫ aliq̄ dilatione tēporis omniqꝫ remo/
to impedimento cū eiſdē honoribꝫ beniuolentia ⁊ amicitia/ quibꝰ ad
p̄fatū vniuerſale celebrandū cōciliū deducet̄/ etiā et in conſtantinopo/
lim reducent̄ ſiue vnio ſequat̄ in dicta celebranda Synodo icumenica
ſiue non. Non obſtantibus in p̄dictis vel aliquo p̄dictorū quibuſcunqꝫ
differentijs diſcordijs/ et diſſenſionibꝫ ad p̄ſens vigentibꝫ/ ⁊ que in fu
turum oriri ⁊ vigere poſſent inter dictas eccleſias occidentalem et ori/
entalem/ ſeu inter ipſam eccleſiam romanā et ei ſubiectos et aggrega
tos/ ⁊ prefatum ſereniſſimum impatorem et alios eccleſie cōſtantino/
politane aggregatos/ et non obſtantibus aliquibus ſententijs decre

tis condemnationibus iuribus et decretalibus quomodocūqꝫ ⁊ qua
litercunqꝫ factis/et prolatis ſeu fiendis Et etiam nō obſtantibus ali/
quibus repſalijs et debitis publicis vel priuatis Et nō obſtantibus
aliquibus criminibus exceſſibꝰ culpis ⁊ delictis Si qua per p̄dictos
vel alterū eorū quomodocūqꝫ et qualitercūqꝫ cōmiſſa et perpetrata fo
rent. Et generaliter non obſtantibus quibuſcunqꝫ alijs etiā ſi talia fo/
rent/de quibus neceſſariū eſſet ſpecialem in p̄ſentibus facere mentio/
nem Et ſi cōtingat aliquē vel aliquos ex noſtris eis vel alicui ipſoruꝫ
iniuriari qđ abſit / vel aliquā moleſtiā inferre in pſona honore rebꝰ et
alijs quibuſcunqꝫ taliter excedēs iudicabit̄ p nos aut noſtros vſqꝫ ad
condignam et rationabilem ſatiſfactionē parti leſe et ecōuerſo Si ali,
quis ipſorum alicui ex noſtris aliquā vt p̄mittit̄ iniuriam inferat iudi
cabitur per eos vſqꝫ ad cōdignam et rationabilē ſatiſfactionē ei qui in
iuriā paſſus eſt ſm morem ⁊ cōſuetudinē vtriuſqꝫ partis. De alijs au
tē criminibus exceſſibꝰ ⁊ culpis quibuſcūqꝫ quelibet partiū cognoſcet
et iudicabit de ſuis. Hortat̄ aūt hec ſacroſācta Synodus vniuerſos
chriſtifideles/⁊ nihilominꝰ auctoritate vniuerſalis eccleſie in virtute
ſpūſſancti/et ſancte obedientie mādat et p̄cipit omnibꝫ et ſingulis p̄la
tis regibus ducibus principibꝰ officialibus cōitatibus et alijs ſingu/
laribus pſonis cuiuſuis ſtatus cōditionis et dignitatis exiſtant noſtre
occidētali eccl'ie aggregatis/quatenꝰ p̄dicta omnia et ſingula inuiola
biliter obſeruent/⁊ q̄ꝫtum in eis eſt obſeruari faciant dictoſqꝫ ſereniſſi
mū impatorem patriarchas/et alios oēs et ſingulos antedictos/ ad
dictū ſacrū celebrandū cōciliū accedentes ⁊ inde recedentes ſimul et
diuiſim fauorabiliter ⁊ reuerenter honorent et tractēt/ac honorari et
tractari faciant. Si qua vero dubitatio circa dictū ſaluūcōductū ⁊ cō,
tenta in eo oriri cōtingerit ſtabit̄ declarationi p̄fate vniuerſalis Sy,
nodi celebrāde/vult aūt hec ſancta Synodus p̄ſentē ſaluūcōductum
valere/⁊ in ſuo robore permanere/quouſqꝫ ad vltimum dicti ſereniſſi
mus impator patriarche et alij ſupradicti cū ſuis nobilibꝫ et famulis
vſqꝫ ad numerū vt p̄mittit̄ ſeptingentarū perſonarum alijſqꝫ rebus ⁊
bonis ſint reuerſi in et ad ciuitatem cōſtantinopolitanā Si quis autē
cōtra p̄dicta aut aliqđ p̄dictorū aliquid facere quoquomodo tempta/
uerit indignationem omnipotentis dei et dicte ſancte Synodi ſe no/
uerit incurſurum.

¶ Aurea bulla domini impatoris Grecorū lecta in ſeſſione
publica et congregatione generali.

QUoniam deſtinate fuerunt ab imperio meo /⁊ p̄ſtātiſ/
ſimo dn̄o icumenico patriarcha ambaſiate ad ſacroſan/
ctam eccleſiā romanā videlicet ad beatiſſimū papā dn̄m
Martinū quintū/et ad modernū ſimiliter ſanctiſſimū
papā dn̄m Eugeniū quartuꝫ Similiter ⁊ ab ipis tranſ/
miſſe fuerūt multotiēs ad nos p vnione eccleſiarū chriſti et multis la/

boꝛibus cū multa diligentia vtrinqꝫ factis/tamen ꝓpter aliquas cir/
cūſtantias tēpoꝛaneas nō peruenit ad finē tale bonū/et ſanctū opus
vnionis Poſt hec aūt deſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatoꝛes
ſuos ſacra Synodus in Baſilea cōgregata/ſacroſanctaꝫ eccleſiā ro/
manā repſentās:ꝓpter qđ et nos ad eā deſtinauim⁹ videlicet familia
rem imperij mei Demetriū paleologū methotidē/ ⁊ honoꝛandiſſimū
in ſacris monachis abbatē ſacri monaſterij ſancti Demetrij iſidoꝛum
Et familiarē imperij mei Johannē laſtarij diſſipatū/qui illic acceden
tes oſtenderūt in ipſam quedā neceſſario ab ea tractari in ꝑparationē
et conſtitutionē vniuerſalis et icumenici concilij in quo neceſſe eſt tra/
ctari et celebꝛari et ꝑfici deo duce ꝑdictā ſanctā vnionē:que quidez hec
ipſa Synodus Baſilieñ.acceptauit et pꝛomiſit illa adimplere vnde et
ambaſiatoꝛes ſuos ad nos deſtinauit fratrē Johannē de raguſio oꝛdi
nis pꝛedicatoꝛū ꝓfeſſoꝛē/et in ſacra pagina magiſtrū. Henricū men/
ger decretoꝛū doctoꝛem canonicū conſtantieñ.et Simonē feroñ.ſacre
theologie baccalariū canonicuꝫ aurelianñ.cū decreto ipſius generali in
quo de hijs cōtinebaꝛ particulariter in capitulis/ ꝑlecto itaqꝫ tali de/
creto apud nos quedā ex hijs que cōtinebanꝛ in eo nō placuerunt no/
bis vt in ipſo iacebāt ꝓhemiū videlicet talis decreti et caplm i quo ſcri
bebaꝛ de modo reuerſionis noſtre a loco celebꝛandi cōcilij ad conſtā/
tinopolim ſi ꝑmittente deo qđ abſit nō fieret vnio eccleſiarū xpi in tali
Synodo/quia nō expꝛimebaꝛ in eo de hoc determinate et manifeſte.
ꝑdicti aūt ambaſiatoꝛes videntes diſplicentiā et reſiſtentiā noſtrā nec
aliter rem ipſam poſſe habere pꝛogreſſum /conceſſerunt et pꝛomiſerūt
curare in pꝛedictis videlicet ꝙ dicta ſancta ſynodus dabit et exhibebit
nobis capitula in dicto decreto contenta cum pꝛohemio modo et foꝛ/
ma quibus in litteris ipſoꝛum pꝛomiſſoꝛijs cōtineꝛ Et circa reuerſio/
nem noſtram de Synodo in conſtantinopolim in caſu quo non ſeque
retur dicta vnio qđ abſit facere et adimplere ꝓut habeꝛ in foꝛma ſal/
uiconductus ꝑdicti. Hijs itaqꝫ ſic pꝛogreſſis et inter nos cōcoꝛdatis
petierūt et ipſi ambaſiatoꝛes vt pꝛomittam⁹ et nos abſqꝫ cōtradictio/
ne ire et accedere ad locū in quo celebꝛabiꝛ deo cōcedente vtrūqꝫ catho
lica et icumenica ſynodus. Quiquidem locus eſſe debet vnus ex no/
minatis in decreto quicunqꝫ oꝛdinabiꝛ per dictum ſacrum concilium
Baſilieñ.ſicut in ſupꝛadicto decreto ipſius ſacri concilij contineꝛ/ etiā
ꝙ exire debeamus /hinc a conſtantinopoli in accedendo verſus locū
celebꝛandi icumenici concilij a pꝛincipio ſequētis Junij Inditiōis de/
cimequinte ſicut conuentum eſt inter nos et ipſos ambaſiatoꝛes ſa/
cri concilij /et quia etiam ad maioꝛem cautelam et firmitatem hoꝛum
omnium petierūt fieri litteram Criſoboli imperij mei Jmperium me/
um grato animo rationabili petitioni eoꝛum annuens pꝛeſens Criſo/
boium/largitur et concedit per quod acceptat determinat et pꝛomit/
tit/ꝙ ſi dicta ſacra Synodus Baſilienſis remedium appoſuerit in

p̄dictis videlicet. Si p̄dicta capitula in ſupradicto decreto cōtenta cū
ꝓhemio in forma ſicut hic per ambaſiatores ipſius Synodi cōcorda-
tum eſt nobis direxerit ⁊ cōpleuerit oīa in eiſdez capitulis ſcripta opor
tune ſimiliter et fecerit ſaluūconductū cū capitulo de modo reuerſio-
nis noſtre ad conſtātinopolim vt predicit̄. Reliqua etiā vt ambaſiato
res ipſius nobis ꝓmiſerunt/ et nobiſcū conuenerunt. Exibit ⁊ imperiū
meū cū deo ſine cōtradictione a cōſtātinopoli ſecūdū p̄dictū tēpus cū
p̄ſtantiſſimo dn̄o ycumenico patriarcha cōſtantinopolitano / et cete-
ris debētibus intereſſe/ ad accedendū ad locū vbi celebrabit̄ ſanctū ca
tholicū ⁊ ycumenicū conciliū abſqȝ impedimēto rationabili vero ⁊ ma
nifeſto. Etiā ſi belluȝ qđ abſit ab infidelibus foret ⁊ inſtaret ciuitati no
ſtre cōſtantinopolitane/ et in robur ⁊ firmationē ⁊ cōſeruationē immo-
bilem ſupraſcriptoꝝ iurat imperiū meū per debitū mihi Juramentū
tanq̄ȝ chriſtiano ⁊ fideli imperatori/ et per orationem ſancti mei dn̄i ⁊
imperatoris patris imperij mei famoſiſſimi/ et felicis memorie / et ꝑ
animā meā factumqȝ eſt ſuper iſtis p̄ſens Criſobolū imperij mei. In
anno Sexmilleſimononagēteſimoquadringēteſimoq̄rto in mēſe no-
uēbris. Inditionis. xiiij. A natiuitate vero domini noſtri Jeſu chriſti
M. cccc. xxxv. die. xxvi. menſis nouēbris.

¶ Bulla plumbea dn̄i patriarche conſtantinopolitani miſſa ſacro concilio Baſilieñ.

Quoniam deſtinate fuerūt ab humilitate noſtra ⁊ potētiſ-
ſimo ⁊ ſancto meo imperatore ambaſiate ad ſacroſanctā
eccleſiā romanā videlicet ad beatiſſimū papā dn̄m Mar-
tinū q̄ntū. Et ad modernū ſimiliter ſanctū papā dn̄m Eu-
genium quartū. Similiter ⁊ ab ipſis trāſmiſſe fuerūt multo-
tiens ad nos ꝓ vnione eccleſiarū xp̄i/ et multis laboribus cū multa di
ligētia vtrinqȝ factis. Tamē ꝓpter aliquas circūſtantias tēperaneas
nō ꝑuenit ad finē tale bonū/ et ſanctū opus vnionis. Poſt hec autē de
ſtinauit ad nos de hac ipſa re ambaſiatores ſuos ſacra ſynodus in Ba
ſilea cōgregata ſacroſanctā eccleſiā romanā rep̄ſentans ꝓpter qđ ⁊ nos
noſtros ad eādem deſtinauimus videlicȝ familiares potētiſſimi ⁊ ſan
cti mei imperatoris in ſpiritu ſancto dilectos filios nr̄e humilitatis vi
delicet. Demetriū paleologū methotidē/ et honorandiſſimū in ſacris
monachis abbatē ſacri monaſterij ſancti Demetrij iſidoꝝ/ et Johan-
nē laſtarij diſſipatū qui illuc accēdētes oſtenderūt in ipſam quedā ne-
ceſſario ab ea tractari in p̄parationē ⁊ cōſtitutionē vniuerſalis et ycu
menici concilij in quo neceſſe eſt tractari ⁊ celebrari ⁊ perfici deo duce
p̄dictā ſanctā vnionem. Que quidē hec ipſa Synodus Baſilieñ. acce
ptauit ⁊ ꝓmiſit illa adimplere. Unde ⁊ ambaſiatores ſuos ad nos de-
ſtinauit fratrē Johānē de raguſio ordinis p̄dicatoꝝ ꝓfeſſorē in ſacra
pagina magiſtrū Henricū menger decretoꝝ doctorē canonicū Cōſtā-
tieñ. et Symonē freroneñ. ſacre theologie Baccalariū/ ⁊ canonicū au

relianeñ. cum decreto ipſius generali in quo de his cōtinebaꝫ ꝑticulariter in capitulis. Perlecto itaqꝫ tali decreto apud nos quedā ex his q̄ cōtinebanꝫ in eo nō placuerūt nobis vt in ipſo iacebant ꝓhemiū videlicet talis decreti / ⁊ capitulū in quo ſcribebaꝫ de modo reuerſionis noſtre a loco celebrādi cōcilij ad ꝯſtātinopolim ꝑmittente deo / qꝺ abſit nō fieret vnio eccleſiarū xpi in tali ſynodo. Quia nō exprimebaꝫ in eo de hoc determinate ⁊ manifeſte. Predicti autē ambaſiatores vidētes diſplicentiā ⁊ reſiſtentiā noſtrā / nec aliter rem ipſam poſſe habere progreſſum. Conceſſerūt ⁊ ꝓmiſerūt curare in p̄dictis videlꝫ qꝺ dicta ſancta Synodus dabit ⁊ exhibebit nobis capitula in dicto decreto cōtēta cum ꝓhemio modo ⁊ forma quibꝰ in litteris ipſoꝝ ꝓmiſſorijs cōtinetur / et circa reuerſionē noſtrā de ſynodo ad ꝯſtantinopolim in caſu quo nō ſequereꝫ dicta vnio qꝺ abſit facere / ⁊ adimplere ꝓut habeꝫ in forma ſaluicōductus p̄dicti. Hijs itaqꝫ ſic ꝓgreſſis / et inter nos cōcordatis petierūt / et ipſi ambaſiatores vt ⁊ ꝓmittamus ⁊ nos abſqꝫ contradictiōe ire ⁊ accedere ad locū in quo celebrabiꝫ deo ꝯcedēte vtrinqꝫ catholica ⁊ ycumenica ſynodus. Qui quidē locus eſſe debet vnus ex nominatis in decreto quicūqꝫ nominabiꝫ per dictum ſacrum conciliū Baſilieñ. ſicut in ſupradicto decreto ipſius ſacri concilij contineꝫ. Etiā ꝙ exire debeamus hinc a cōſtantinopoli in accedēdo verſus locum celebrandi ycumenici concilij a p̄ncipio ſequētis Junij indictionis decime quinte / ſicut conuentū eſt inter nos ⁊ ipſos ambaſiatores ſacri cōcilij. Et quia etiā ad maiorē cautelam ⁊ firmitatē horum omniū petierunt fieri ſigillū noſtre humilitatis / humilitas noſtra grato aīo rationabili petitioni eorū annuens p̄ſens ſigillū per quod in ſpiritu ſancto diſponit qꝺ ſi dicta ſacra Synodus Baſilieñ. remediū appoſuerit in p̄dictis videlicet ſi capitula in dicto decreto contēta cū prohemio in forma ſicut hic per ambaſiatores ipſius Synodi concordatū eſt nobis direxerit ⁊ compleuerit omnia in eiſdem capitulis ſcripta oportune ſimiliter et fecerit ſaluumconductū cum capitulo de modo reuerſionis noſtre ad conſtantinopolim vt prediciꝫ. Reliqua etiam vt ambaſiatores ipſius nobis ꝓmiſerunt ⁊ nobiſcum ꝯuenerunt. Exibit humilitas noſtra cum potentiſſimo ⁊ ſancto meo imperatore cum deo ſine contradictione a conſtātinopoli ſecundū predictū tempus et cum ceteris debentibus intereſſe ad accedendū ad locum vbi celebrabiꝫ ſanctum catholicum et ycumenicū conciliū abſqꝫ impedimento rationabili vero et manifeſto etiam ſi bellum quod abſit ab infidelibus foret ⁊ inſtaret ciuitati noſtre conſtātinopolitane ⁊ in robur et confirmationē ſupradictorū. Factum eſt preſens ſigillum noſtre humilitatis in menſe Nouembris. Inditionis decimequarte. Anno ab adam ſeu mūdi cōſtitutione. Sexmilleſimononagenteſimoquadraginteſimoquarto. A natiuitate vero domini Milleſimoquadringenteſimotriceſimoquinto.

# Seſſio viceſimaquarta

¶Bulla indulgentiarum remiſſionis omniū peccatorum
ſemel in vita et ſemel in morte.

**S**Acroſancta generalis Synodus Baſilieñ. in ſpiritu ſan
cto legittime cōgregata vniuerſalē eccleſiā repſentās. Uni/
uerſis chriſtifidelibus ſalutē ⁊ omnipotētis dei benedictio
nē. Uox illa iocūditatis ⁊ leticie ad populū iſraeliticū olim
de celo lapſa / eadē nūc per os huius ſancte Synodi in au
ribus populi xpiani inſonans. Clamat cōſolamini cōſolamini popule
meus dicit dñs deus veſter / loquimini ad cor Jeruſalē et aduocate eā
quoniā cōpleta eſt malicia eius ⁊ dimiſſa eſt iniquitas illius / merito
cōſolari ⁊ letari te debes plebs chriſtiana cū his nouiſſimis diebꝫ tan/
ta leticie cauſa offertur quātā vix vnq̄ꝫ experta es vno eñi eodēqꝫ tēpo
re plenariā omniū peccatoꝝ veniā cōſequeris. Et fratres tuos quoꝝ
innūerabilis eſt multitudo quīgētis ferme annis a tuo cōſortio ſe gre
gatos tibi ꝓxime reuniri ſperas. O quāta erit iſta iubilatio. O quam
ſuaue cordibus chriſtianoꝝ orieꝛ gaudiū cum primū homines deo / et
ipſi interſe fraterna charitate cōciliabunꝛ / quas igitur chriſto noſtro
pro hac duplici leticia / qua nulla maior deſiderari poteſt / gratias age
mus quis dñi miſericordias ad plenū enarrabit / qui populū chriſtia/
num varijs vndiqꝫ calamitatibus hoc tēpore afflictū tāta gaudij no
uitate conſolaꝛ. Ecce popule dei adeſt tibi annus iubileus annus re/
miſſionis omniū peccatoꝝ / annus generalis vnionis eccleſie. Proin
de loquimini omnibꝫ xpifidelibꝫ / qui in ſancta habitāt hieruſalē pere/
grinante in terris ad cor eos cōſolando / et aduocate eos ad hanc du/
plicem leticiā. Quoniā malicia tam diuturni ſciſmatis quod innume
rabilia eccleſie ſancte dei mala intulit auxiliante dño vt cōfidimus ci/
to complebiꝛ ⁊ finem accipiet. Iniquitas quoqꝫ peccatoꝝ que huius
ſciſmatis ⁊ ire dei cauſa fuit diuina clemētia ꝑmitteꝛ. Conſurge ergo
cōſurge induere fortitudine tua ſyon. Induere veſtimentis glorie tue
hieruſalē ciuitas ſancta. Quā fortis ⁊ glorioſa eris tunc mater eccleſia
cum oēs qui chriſtū colunt ab occidēte in orientē eodem fidei ⁊ chari
tatis vinculo vnitos cōſpicies. Ingemuiſti hactenus nimio dolore af/
flicta / cum a ſeuiſſimis Turcis et Sarracenis alijſqꝫ chriſtiani nomi/
nis inimicis / et innumeras patereris iniurias. Iacturas ꝑſecutiōes
⁊ obprobria ⁊ nemo te ꝯſolari poterat cum paſſim videres filios tuos
ois ſexus etatis ⁊ dignitatis in ſeruitutē trahi / et qđ ſeruitute deteri⁹
eſt plurimos ab vberibꝫ tuis abſtractos ad impiū mahumeti cultum
ꝑduci. Uarū autē calamitatū qđ aliud q̄ꝫ hoc diuturnū ac peſtiferum
ſciſma cauſa extitit. Sed diuino munere appropinquat iam tēpus vt
omni penitus extincto diſſidio vnitas ſancta fiat. Que cum impleta
fuerit atqꝫ hi magni populi occidētales et orientales fraternū fedus
ſimul inierint nemo tūc fortitudini tue reſiſtere poterit. Tūc abiectis
lugubribus cōſurgens regina eccleſia in veſtitu deaurato circundata

varietate/ et qui te olim ꝑſequentes conculcabāt ꝓcident coram te / et
venient ad te qui detrahebāt tibi/ et adorabūt veſtigia pedum tuorum
O vos oēs qui chriſtiano nomi.ne cenſemini expergiſcimini iam talia
audiētes plaudite manibus ⁊ iubilate xp̄o ſalutari noſtro. Ecce nunc
tēpus acceptabile/ ecce dies ſalutis / ecce iam pater miſericordiarū/ et
deus totius cōſolationis viſitat nos in abundātia gratie ⁊ felicitatis/
aſſurgite ⁊ occurrite illi in humilitate ſpiritus in oratiōibꝫ atqꝫ elemo-
ſinarū largitate/ vt qui pro peccatis veſtris iuſte iratus / tam diu hoc
ſciſma durare paſſus eſt/ et multis ꝑſecutionū flagellis ab his qui in-
tus/ et ab his qui foris ſunt vos cedi ꝑmiſit. Nunc purgatis ⁊ emēda-
tis indulgens ſanctā inter vos vnionē inſpiret vnitiſqꝫ nō ſolum perdi
ta reſtauret. Sed ⁊ vobis veſtros ſubijciat inimicos audiſtis pridem
ſolennes ambaſiatores ſereniſſimi imperatoris grecorū ac patriarche
cōſtātinopolitani ab hac ſancta Synodo accerſitos Baſileā adue-
niſſe/ et tandem deo ꝓpicio cōcluſiſſe nobiſcū modū huius ſancte vni-
onis ꝑficiende aſſenſu ſanctiſſimi dn̄i Eugenij pape accedente vt vide
licet ad locū Synodi vniuerſalis tam noſtri q̄ꝫ ſui archiep̄i et epiſco-
pi ipſeqꝫ imperator ⁊ patriarcha cōſtātinopolitanus alijqꝫ orientales
eccleſie patriarche accedāt. Ut autē tantū opus certius firmaret͛ Tres
noſtros oratores poſtea cōſtātinopolim deſtinauimus vt ab ipſis im-
peratore ⁊ patriarcha ratificationē eorū que hic ſui concluſerūt amba-
ſiatores obtinerēt Que omīa ipſi imperator ⁊ patriarcha iuxta noſtri
decreti capitula ratificarūt et approbarūt / et litteras latino Grecoqꝫ
ſermone ſcriptas/ et eorū manibus ſubſcriptas bulliſqꝫ aurea ⁊ plum
bea munitas per vnum ex tribus noſtris oratoribus ad nos nuper re
uerſum tranſmiſerūt. Et cum ad ipam Synodū ꝓprijs expenſis tam
ꝓcul de partibus orientalibus greci ꝓficiſci nequeāt opus fuit vt expē-
ſas inueniēdo ſtandoqꝫ ⁊ redeundo neceſſarias/ et quaſdā alias ꝓ tui-
tione ciuitatis cōſtātinopolitane ne imperatore abſente a Turcis for-
ſitan expugnari poſſet polliceremur. Et q̄ꝫq̄ꝫ huiuſmodi impenſe nō
nullis graues viderent͛. Nos tamē animaduertētes q̄ꝫtus dei honor
⁊ ꝑfectus eccleſie/ q̄ꝫta exaltatio fidei orthodoxe q̄ꝫtum incrementū no
minis chriſtiani/ quot miliū animarū ſalus/ q̄ꝫntaqꝫ vtilitas et innu-
merabilia bona populo chriſtiano hinc forent prouentura/ nō ſolum
ipſas impenſas/ ſed ⁊ ꝑſonas ꝓprias fore exponēdas dignū eſſe iudi
cauimus. Spem ponētes in dn̄o cuius negociū agit͛/ ⁊ in charitate ac
deuotione fideliū/ qui dum talia intellexerint ſubſidijs ⁊ auxilijs opor
tunis nō deerūt. Si chriſtus deus noſter ſanguinē ſuū toto ꝓcioſiorē
mūdo pro noſtra redēptione effudit. Si eius veſtigia ſecuti apl̄i atqꝫ
alij ſancti viri ꝓ ſalute ꝓximoꝝ ⁊ incremēto fidei corpora ſua libenter
morti obiecerūt/ q̄d nos facere oportet a quibꝫ nō niſi caduca huiꝰ mū
di ſubſtātia efflagitat͛. Si reges ⁊ ꝓncipes ꝓ recuꝑandis expugnādiſ-
qꝫ ciuitatibus ⁊ opidis multo ampliorem ſummā exponere ſoliti ſūt.

Si deniqꝫ ꝓ agēdis facultatibꝰ et vanitatibꝰ ſeculi ſe et ſua multis pe/
riculis hoies ſubijciunt/ ⁊ vt exemplo vtamur ſaluatoris Querēs ali/
quis ꝑciosam margaritā cum inuenerit ipſam vendit oīa bona ſua et
emit illā Nōne eccleſia dei et vniuerſus ppl' s chriſtianus facere hanc
impenſaꝫ poterit et debebit Ex qua nihil terrenū nihil caducū/ſed oia
q̄ ſupra memorauimꝰ bona ſuccedant Si vna dūtaxat aia chriſto ca/
rior eſt q̄ꝫ totū mūdi aurū nos vbi milia miliū ſaluāda ſunt auari aut
negligētes videbimur Cōſueuit aliquādo eccleſia ad liberādū de ma/
nibus infideliū terrā ſanctā ſeu ꝓ debellandis hereticis indicere gene/
rale paſſagiū cōuocareqꝫ reges et principes et alios bellatores/ vt ar/
mis iſta pagerent necnō ⁊ ꝓ alijs iuſtis cauſis ab omnibꝰ xpianis ſub
ſidiū poſtulare/ad que vt ꝓmptiores efficeret donis ſpiritualibus ple
narie remiſſionis pctōꝝ inuitauit ꝑfecto ſi veterū reuoluant̄/hiſtorie
nulla vnq̄ꝫ affuit cauſa iuſtior q̄ꝫ iſta eſt/ nec ꝓ qua chriſticole omnes
ſe et ſua libentius exponere deberent/ Hic eni nō ſolū ad recuperandā
terrā intendit̄ ſed etiā milia miliū animaꝝ ꝓ quibus mediocre ſubſi/
diū petit̄ Unde impenſe grecis ꝓmiſſe ſine quibus tam ſanctū opus
ꝑfici nequit inueniri poſſint Quis igit̄ ꝓ tanto vniuerſe eccleſie bono/
ꝓ qꝫ tanto ſue anime merito portiunculā rerum ſuarū quas dono dei
obtinet denegare audebit. O felicē ⁊ ꝑciosam elemoſynā que regnū ce
lorum promerebitur/ et que tantam fidei catholice vtilitatem dabit
O beatum illuꝫ hominem quem dominus ad tam ſanctū opus inſpi/
rauerit/ Hunc quidē ſicut ſcriptum eſt In die mala liberabit dominꝰ.
Licet autem ex debito chriſtiane ꝓfeſſionis quiſqꝫ ad hoc ſctm̄ nego/
tiū pro viribus cōtribuere ac ſubuenire obnoxius ſit Nihilominus vt
eo libentiꝰ oēs faciant quo ſe hic et in futuro ſeculo peramplius remu
nerādos fore intellexerint. Decernit hec ſancta Synodus vniuerſam
eccleſiam repreſentans ſponſam chriſti affluenter aperire ſpirituales
theſauros quos ipſe ſaluator aſcendens in celum ſibi reliquit Omni/
bus xpifidelibꝰ vtriuſqꝫ ſexus qui ad hoc ſāctū opus tātū cōtribuerint
q̄ꝫtū quiſqꝫ vna integra hebdomada ꝓ ſue ꝑſone ac familie ſi eā habu
erit refectione exponit vel ſi de proprijs viueret exponeret Religioſis
quoqꝫ pro quibus ſuus conuentus aut ſuperior vel alius iuxta predi/
ctam rationem erogauerit omniū ſuorū peccatorū/ de quibus corde
contriti et ore confeſſi fuerint auctoritate omnipotētis dei/ et eius mi
ſericordia confiſa illaꝫ plenariam remiſſionē impartit̄ ſemel in vita
et ſemel in mortis articulo quā eccleſia concedere ſolet omnibus eunti/
bus romam tempore iubilei vel cruce ſignatis ad recuperationem ter
re ſancte tpe paſſagij generalis ⁊ in retributione iuſtoꝝ ſalutis eterne
pollicetur augmentum Ita tamen ꝙ per annum integrum ſi vixerint
ſingulis ſextis ferijs impedimento ceſſante/ Aut ſi dictis ſextis ferijs
ex precepto eccleſie regulari obſeruantia iniuncta penitentia voto vel
alias ieiunare teneantur vna alia die ſingularum ſeptimanarum

eiuſdē anni qua ad ieiunandū nō ſint aſtricti ieiunēt / aut ad iudiciuꝫ
ſui ꝯfeſſoris ĩ alia pietatꝭ opa cōmutēt. Ac etiā eadē die qua ieiunabūt
vel vt premittit̃ ieiunare deberent. Si ſint clerici ſeptem pſalmos vel
miſſā. Si layci ſeptē pater noſter / ꝛ ſepties aue maria dicere ſint aſtri
cti / vel alia pietatis opera iudicio ſui cōfeſſoris agant Quod ſi conuē
tus tales ſint qui nihil in cōmuni poſſideāt / vel alie ꝑſone victum ve/
ra mendicitate querētes / ſeu alias cōtribuere nō valētes ne huius ſpi
ritualis muneris ſint expertes. Si vltra ieiuniū vt p̄dicitur obſeruan
dū ſingulis diebus vnius anni p̄dictos pſalmos ꝛ miſſas ſi clerici. Si
layci p̄dictas orationes ceſſante legittimo impedimēto eo modo quo
ſupra exprimit̃ ſupplendo dixerint vel alia pietatis opera ſui cōfeſſoris
iudicio vt p̄mittit̃ exercuerint / ac pro felici huius negocij cōſūmatione
deum ſupplicĩter exorauerint eandē plenariam remiſſionē cōſequant̃.
Erogantibꝫ autē ad idem opus q̄ntum vna die pro ſe ſueqꝫ familie ex/
penſis vel ſi de ꝓprijs viueret exponeret ſeptem annos / et totidēꝫ qua
dragenas de iniunctis ſibi penitentijs elargit̃. Et vt hi omnes ad hu
iuſmodi indulgētie gratiā aptiores exiſtant omnibus ſacerdotibus ſe
cularibus ꝛ regularibus alias diſcretis quos in cōfeſſores pro huiuſ/
modi cōſequēda indulgētia elegerint. Indulget vt cōfeſſionibus eorū
auditis ipſos a quacūqꝫ excōmunicationis ſuſpēſionis et interdicti ſen
tentia a iure vel cōſtitutione ſeu etiā non nomiatim ſed generaliter ab
homine lata / et a quibuſcūqꝫ alijs / ꝓpter q̃ etiam ſedes apoſtolica me
rito eſſet cōſulenda impoſita ſatiſfactione his quoꝝ intereſt ꝛ reſtitu/
tione faciēda ſalutarē iniungant penitentiā / et debite abſolutionis in
foro penitētiali dumtaxat in forma eccleſie beneficiū impendāt. Quā
ſatiſfactionē ac reſtitutionē ſi infra terminū a cōfeſſore ſtatutū facere
neglexerint huiuſmodi indulgētia in nullo ſuffraget̃. Ac cū clericis ſup
irregularitate occulta alias quā ex bigamie vel homicidij voluntaria
cauſa cōtracta diſpēſent. Super voto vero ꝑegrinationis ſeu abſtinē
cie / aut alijs ſimilibus que ipi fideles emiſerint. Etiā ſi vltra marina
aut alia loca ſeu limina ſanctoꝝ Petri ꝛ Pauli ac iacobi apoſtoloꝝ vi
ſitare vouerint ſeu alias nō impletis diſpenſandi eiſdem cōfeſſoribus
etiam facultatē concedit. Ita tamē ꝙ ipſi cum quibus taliter diſpenſa/
ri cōtinget / expenſas quas ad loca huiuſmodi vel pro alijs votis im/
plendis iuxta ipſoꝝ confeſſorū taxationē feciſſent ad hanc cauſam cō
tribuant / ꝛ vt nulla cuiquā peccati rubigo remaneat. Uult ꝛ indulget
hec ſancta Synodus vt quicūqꝫ ex vſurario vel nō debito queſtu ſeu q̄
litercunqꝫ illicite aut indebite aliquid ꝑcepiſſet. Seu bona ablata aut
queuis incerta poſſideat / ſi nō extant vel ignorent̃ ꝑſone / quibus faciē
da eſſet reſtitutio aut res quaſcunqꝫ tenēte cuiuſcūqꝫ ſtatus aut religi
onis exiſtant in quorū detentione cōſcientie eorum grauant̃ vel que de
iure ad pias cauſas per eccleſiā deberent exponi / huiuſmodi res et bo
na ſeu valor. Necnō ꝛ qui arma vel alia ꝓhibita infidelibus ſeu hereti/

cis poꝛtauerũt lucrum quod inde pcepeꝛũt ad hoc opus iuxta ſuam z ſui confeſſoꝛis conſcientiã / et extimationẽ tradere teneant. Jubet inſu per eadem ſancta Synodus / vt habita huius decreti noticia omnes dyoceſani in cathedralibus collegiatis et pꝛochialibus in quibus eis viſum fuerit / ac etiã generales oꝛdinũ mendicantiũ in cõuentualibus eccleſijs eis ſubiectis / mox diſponãt quatenus verbũ dei per p̄dicato/res idoneos ad populũ annuncient p̄dictas indulgẽtias publicãdo / et fideliter exhoꝛtãdo ad ſubſidiũ in tam pijſſima cauſa impẽdendũ: qui bus p̄dicatoꝛibus z p̄dicationẽ audiẽtibus / ac etiã omib⁊ alijs qui cir/ca p̄dictam extimationẽ ſubſidiũ aliquod vel auxiliuz in hac re dede/rint / cẽtũ dies de iniunctis penitẽtijs ſingulis vicibus in foꝛma eccle ſie relaxat. Ne autẽ in colligẽdis ac cõſeruãdis pecunijs fraus aliqua cõmittat. Oꝛdinat ſancta ſynodus ꝙ in qualibet cathedrali in ciuita tibus. Jn opidis vero et malis locis in p̄ncipali eccleſia vnus cyppus truncus vel capſa ponatur vbi tanq̄z in gazophilatio dñi / quilibet pe cunias erogãdas / ac incerta ac ablata ſeu illicite q̄ſita reponere poſ/ſit z debeat. Cuius ſint tres claues / quarũ vnaz teneat Epiſcopus vel cui voluerit ipſe cõmittere pro quolibet trũco in omnib⁊ locis ciuitatis z dyoceſibus capitulũ aliam in cathedrali p̄latus ſeu rectoꝛ in p̄ncipa li. Tertiã timoꝛatus aliquis vir: quẽ ciuitas opidũ ſeu locus deputare voluerit / qui diebus per eos ſtatuẽdis talem cyppũ truncũ vel capſam coꝛam notario vel duabus fide dignis aperiãt pſonis / et pecunias ad fidas manus deponant eas ſine fraude diminutione vel cõtradictiõe illi vel illis aſſignaturi / quas hec ſãcta Synodus adhoc deputauerit Ex ſi in cãpeſtribus locis vel alibi periculũ ſeu detrimentũ in cõſerua/tione pecuniarũ per modum ſuperius exp̄ſſum veriſimiliter timeret / dyoceſani vel ad colligendũ huiuſmodi pecunias ab hoc cõcilio depu tandi put magis expediens viſum fuerit vtiliter puideant / quicunq̄z autẽ etiam ſi pontificali au regali p̄ſulgeat dignitate fraudẽ furtum ſi ue rapinã circa p̄dictas pecunias / ſeu impedimentũ ex pposito z mali cioſe in hoc ſanctiſſimo opere fecerit vltra indignationẽ omnipotentis dei z reatum ſupꝛemi ſacrilegij ſententiã excõmunicationis incurrat / a qua niſi pꝛius plenaria facta reſtitutione z impedimẽto ſublato abſol ui nõ poſſit. Uult autẽ hec ſancta ſynodus ꝙ elapſo biennio a die pꝛe/ſentis decreti p̄dicte indulgẽtie ac facultates nemini cõcedi valeant pꝛe terq̄z in moꝛtis articu⁊ / quo ad illos qui infra biennium vt ſupꝛadi/ctum eſt cõtribuerint. Quodq̄z pſonis illis que ſub ſpe huius gratie et indulgentie aliquid cõmiſerint in nullo huiuſmodi gratia ac ſpecialis cõceſſio ſuffragetur. Et quia difficile foꝛet p̄ſentes litteras ſingulis ex/hibere. Decernit hec ſancta ſynodus vt earũ tranſumpto manu publi ca auctoꝛitate archiepiſcopi in tota puincia / et oꝛdinarij in ſua dyoceſi pꝛio ſigillo munito tanq̄z litteris oꝛiginalib⁊ plena fides in omibus adhibeat. Datum Baſilee in ſeſſione publica huius ſcẽ ſynodi ſolen/

niter celebrata in eccl'ia maiori Baſilieñ decimooctauo k'las maij. an
no a natiuitate dñi. Milleſimoquadringēteſimotriceſimoſexto.

¶ Seſſio viceſimaquinta de locis fu
turi et ycumenici concilij pro grecis.

SAcroſancta generalis ſy-
nodus Baſilieñ. in ſpiritu ſancto legittime cógrega
ta vniuerſalē eccleſiā repſentans. Ad ꝑpetuā rei me
moriā. Nuper hec ſancta ſynodus inter varias ſolli-
citudines quib9 inſcrutabilis diuine altitudinis pro
uidentia eam inuocatione ſui ſpiritus paracliti ad
excolendū dominici gregis agrum adunari operari
q3 dignata eſt interne mentis oculos more agricole puigilis reuoluēs
⁊ attente ꝑſpiciens q̄3 deflende diutina occidentalis ⁊ orientalis eccle
ſiarū in eiuſdē fidei ꝓfeſſione diuiſio in dei ꝯſtitit ⁊ durauit eccleſia de
clementiſſima eius bonitate apud quē nihil eſt impoſſibile quiq3 di-
gne poſtulātibus affluenter dat et large ſpem ſuſcipiens et fiduciā ad
procurandā inter ipſas eccleſias catholice fidei vnitatem ſue diligen-
tie curas tanto accuratius non parcendo laboribus vel impenſe adhi
bere decreuit / quanto ex hoc ad omnipotentis dei laudem et gloriam
vberiorem animarum ſalutem maiuſq3 ipſius fidei incrementū proue
nire cognouit. Cupienſq3 propterea ſuffraganti ſpiritus ſancti gratia
tam ſaluberrimū vnionis negocium aggredi ⁊ amplecti / ad illud ſe-
reniſſimum romeorū imperatorē ⁊ venerabilē patriarchā conſtātino-
politanū ceteroſq3 prelatos / et alium grecoꝝ populū per diuerſos ora
tores ⁊ litteras duxit inuitandos pariter ⁊ exhortandos. Quiquidē3
imperator ⁊ patriarcha et alij greci volente et eorum corda altiſſimo
inflamante exhortationes huiuſmodi alacribus animis ſuſcipientes
ipſumq3 vnionis negociū aggredi ſinceris affectibus perhibentes ſu-
os ſolennes oratores et nuncios ſufficienti mandato. Bulla aurea et
proprie manus ſubſcriptione Imperatoris. Bullaq3 plumbea patri-
arche predictorū munito ſuffultos feruentiſſimū3 eorundem ad hanc
fidei vnitatem zelum deuotiſſime explicantes / ad eandem ſacroſan-
ctam Synodum duxerunt deſtinandos. Cum quibus ipſa ſancta ſy-
nodus diuerſis tractatibus et deliberationibus preuijs pro executi-
one ⁊ conſummatione felici tam ſalutaris operis nonnulla decreta et
capitula ad hoc ſumopere neceſſaria et vtilia ſuperius inſerta. Et du-
dum in certa ſeſſiōe ipſius ſancte Synodi in maiori eccleſia Baſilieñ.
celebrata publicata animo cōcordi concluſit. Volenſq3 deinde hec ſan-
cta Synodus decreta ⁊ capitula huiuſmodi vijs et modis omnibus
neceſſarijs ⁊ oportunis proſequi ac iuxta illa ad electionē loci ꝑ futuro
ycumenico cōcilio in q̄ impator ⁊ patriarcha p̄dicti alij q3 greci cōuenire
poſſent ⁊ deberent celebrando mature ꝓcedere. Habitiſq3 ſuper his et